



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes
Antiqvae Libri Dvo**

Suarès, Joseph Marie

Romae, 1655

De Regione, in qua Pr[a]eneste posita. Cap. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-11894

IOSEPHI MARIAE SVARESII

EPISCOPI VASIONENSIS

PRÆNESTES

ANTIQUAE

Liber Primus.



De Regione in qua Præneste posita.

CAPVT I.



VGVTVM illud terrarum spatium, quod Latium postea dictum fuit, indigenæ Siculi primi omnium, quorum memoria extat, incoluere. Hi ab Italo Rege Itali nuncupati sunt, sicut & terra Italia. Superuenerunt circa annum ab Orbe condito ter mil-

Dionys. Halicar.
l. 1. Antiq. Romæ.

Thucyd. lib. 6.

lesimum e Peloponneso Pelasgi ducem Oenotrum, Lycaonis filium secuti, qui dein Arcades nominati fuerunt: at hic quod culmina montium insedissent Aborigenes vocitati: & ab ipso duce Oenotria quoque regio dici cœpit. Accesserunt & alij Pelasgi post centum quadraginta paulo minus annos ex Hæmonia seu Theffalia, per Dodonen & Padi ostia pro-

Pausan. initio
Arcadic.

Iustinian. Const.
25. de Præf. Ly-
caon. Dionys. Hal.
lib. 1. & 2.

A
fecti,

Macrob. lib. 1.
Sat. cap. 7.

Liu. lib. 1.

Plin. lib. 3, c. 6.

feſi; & cum his Euander: qui coniunctis viribus expulere Siculos, atque oppida in hoſtico condidere. Reges his præſuiſſe memorantur Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, & Latinus: a quo (cum Græci ab Hercule in Hispaniam tendente dimiſſi, mox Aeneas, atque Troiani ſeſe illis admicuiſſent) Latinorum omnes uſurpauere nomen, & vniuerſa regio exinde Latium appellatur. Atque hoc quidem Latium vetus ad Circeium uſque montem a Tiberi flumine protendebatur. Eiusque fines ab Occaſu, Tiberis: a Meridie, inferum mare: Anio, Sabini, & Aequi a Septemtrionibus: ab Ortu Volſci, & Rutuli concludebant. Nobiliſſima & princeps ciuitas Alba in eo extructa triginta Coloniaram parens. Veteri Latio mox nouum acceſſit, adiunctis Hernicis, Volſcis, Aequis, & Auſonibus, Latino nomine ad Lirim uſque prolato. Adeo uero creuit inteſtino damno, ut cum primum ſeruitutem profiteri viſa eſt hæc regio, tunc potiſſimum fuerit dominata; & a Romanis colonis ſuis domita, non tantum prima Italiae prouincia, ſed etiam totius terrarum orbis uirtute atque armis domiti princeps euasiſt, & adhuc diuina prouidentia, quemadmodum Proſper noſtras cecinit,

— *Plusquam poſſederat armis
Religione tenet.*

De Conditore Præneſtes.

CAPVT II.

IN ea igitur regione Præneſte ſitum eſt, oppidum ut antiquiſſimum ſic & celeberrimum: cuius initia poetiſis decora fabulis magis, quam incorruptis rerum geſtarum monumentis prodita